

EXCELLENTISSIMO AC REV.MO DOMINO
ADRIANO H. VAN LUYN

XC FELICITER EXPLENTI AETATIS SVAE ANNVM,
EPISCOPO EM. ROTERODAMENSI
NEC NON "CORONAE PATRVM ERASMIANAE"
MVNIFICENTISSIMO PRAESIDI ATQVE PATRONO,
QVIPPE QVI ITERATIS OPIMISQVE OBLATIONIBVS
COLLECTANEA NOSTRA NOMINE IPSIVS "ROTERODAMI
LVMINIS ATQVE DECORIS" NVNCVPATA
ALVIT FOVIT AVXIT,
SODALES CVNCTI TAVRINENSIS COLLEGII
HVMANIORIBVS STVDIIIS PROVEHENDIS (i.e. C.E.S.U.)
ERASMO ILLI DICATI,
FAVSTA FELICIAQVE DEFERENTES OMINA, GRATI ANIMI CAVSSA,
PERAMANTER PRECANTVR VT OMNIA QVAE
TANTI BENEFICII AVCTOR
EXPEDIT EXOPTAT CONSTITVIT
PROVIDENTISSIMVS DEVS BENIGNE LARGEQVE LARGIATVR,
PERFICIAT ATQVE AD PROSPERVVM PERDVCAT PROPECTVM.

RENATVS UGLIONE
PRAESES TAVRINENSIS COLLEGII ERASMO ROTERODAMO DICATI

AVGVSTAE TAVRINORVM, DIE X, M.AVG., A.D. MMXXV,
IN FESTO DIVI LAVRENTII, ROTERODAMI INSIGNIS PATRONI,
XC ANNO INCIDENTE A QVO EXC.MVS DOM. A. H. VAN LUYN
DIAS IN LUMINIS ORAS EST EXORTVS (cf. LVCR. I, 22 s.)

